



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**S. Avrelii Avgvstini Hippoensis Episcopi Et S. R. E.
Doctoris Vita**

Lancilottus, Corneille

Antverpiæ, 1616

Cap. XXXI. Augustinus Victorini exemplo incalescit, ferreâ tamen voluntate
retardtaur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42857

C A P V T X X X I.

*Augustinus Victorini exemplo incalescit, fer-
reâ tamen voluntate retardatur.*

QVAM VIT vitam monasticam animo promptiore sequeretur, ex dictis eius Simplicianus occasionem arripiens, Victorini illustris viri referendum exemplum esse consultò putauit; qui liberalium omnium doctrinarum scientissimus, cum viros illustres non paucos Romæ docuisse, effetque artis suæ insigne, (quod eximum honoris indicium est apud eos quibus hæc terrena sapiunt) statuam in foro consecutus ab ethnica superstitione, vir ætate iam inclinata, Religioni Catholicæ nomen dedit, præoptans in scholâ Christi audire discipulus, quam in orbis Gymnasio, cui tot annos præfuerat, dicendi magister. Conuersionis ei dederunt initium Christianę literā, quas cum studiosius perscrutaretur, dicebat quandoque Simpliciano familiariū: *Noveris me esse Christianum:* quod cum ille credere nollet, nisi eum in Christi Ecclesiâ videret; Victorinus apud eum cum risu, quod parientes non facerent Christianum, sæpè sæpius, at clanculum, repetebat. *Amicos Lib. 8. Cō-
enim suos,* ait Augustinus, *verebatur offendere superbos demoniacos, quorum ex cul-* fess. cap. 20

E 3 mine

mine Babylonica dignitatis, quasi ex cedris Libani, quas nondum contriueraat Dominus, grauiter ruituras in se inimicitias arbitrabatur.

Intrepidè Fides profi- Sed postea timens negari à Christo coram Angelis sanctis, si eum timeret coram hominibus.

Math. 10. minibus confiteri, depuduit vanitati, & eru-
buit veritati, subitoq; & inopinatus ait Sim-
pliciano: Eamus in Ecclesiā, Christianus volo
fieri. Et ille vix præsens sibi præ gaudio, per-
rexit vñà cum eo, vt Christo nomen in Ba-
ptismate dantem videret. Ut autem tem-
pus aduenit profitendæ fidei, (quæ Romæ
cōceptis verbis coram populi multitudine,
de loco templi superiore fieri solebat) ani-
mo vehementer alacri, reiectoq; pudore
inutili, honestissimum crucis opprobrium
veneranter est amplexus, tabescente peccato-

Gaudium de Victori- ni Baptismo re, mirante Româ, gaudente Ecclesiâ; quin &
Luc. 15. Deo & Angelis collatantibus, quibus gau-
dium in cælo super uno peccatore pænitentiam agentem: eoq; magis quò desperatiore
priùs loco fuerat Victorinus, cuius peccatum,
tamquam inexpugnabile receptaculum, dia-
bolus obtinuerat.

Inflammatus est Augustinus ad imitan-
dum, hac Simpliciani narratione; qui & le-
gem ei recitauit Iuliani Imperatoris im-
piissimi, quâ professionem literariam (quæ
conseruandæ in pueris Catholicæ fidei
commo-

commodissima ratio est) Christianis in-
terdixit , ac reipsa complures exauctorauit; tum potius
qui huic potius momentaneo lucello , ce- quām pie-
terisque facultatibus suis , quām in Chri- tatis iactu-
stum fidei amoriūque renuntiare decreue- ra facienda.
runt. Quos inter etiam hic , de quo iam
diximus , Victorinus fuit , qui non fortior
quām felicior Augustino visus est occasionis
ergō , quam reperit vacandi meliūs Deo.
Cui rei iam tum ipse suspirabat , ligatus non Lib. 8. Cō-
ferro alieno , sed suā ferreā voluntate. Velle , fess. cap 5.
de se fatetur , meum tenebat inimicus , & inde Ferrea vo-
mihi catenam fecerat , & constrinxerat me. lentatis ca-
tena.

Quippe ex voluntate peruersā facta est libi-
do; & dum seruitur libidini , facta est consue-
tudo; & dum consuetudini non resistitur , fa-
cita est necessitas. Quibus quasi ansulis quibus-
dam sibimet innexis (unde catenam appella-
ui) tenebat me obstrictum dura seruitus , arbi-
trij quidem libertatem non auferens , sed
magnopere in cōsuetum inclinans ma-
lum. Quā rāmen captiuitate , & arctissimo
desideratiū fugij vinculo , tum etiam sē-
cularium negotiorum seruitute , per Dei
benignitatem non ita multo pōst libera-
tus fuit.